

dum, ne in uno convivio plura & varia cibaria ingerantur, exin inaequalis concoctio emergit & cruditates resultant, variorum morborum effectrices. Cum T. N. adstrictioris alvi, ad eam referandam, familiaris sit usus pil. Angel. vel alo. Ros. Aquap. ante coenam 7. vel 9. cum vino.

T. N. ne sit ocio dedita, quin moderatum exercitium probandum, cum exin calor naturalis suscitatus,

vegetior evadat, felicior concoctio & superfluitatum excretio cottingat.

Quoad animi pathemata, laetitiae litandum, tristitia & nimia curæ relegandæ.

Si T. N. ea, quæ in ista meæ instrutione consignata ac comprehensa, observare constituerit, indubium, quin optata gaudere ac frui valetudine in complures annos licitum. Fauxit Deus O. M. ut omnia salutaria contingant,

CONSULTAT. VI.

*De Arthritide raga mirabilis, Dysenteriam subsequente,
ad Cl. & Excell. Dn. D. Horstium, Collegam olim
honorandum,*

S. P.

 Um ita pridem, Clar. & Excellentiss. Vir, fautor & collega plurimum colende, tibi gratum fore retuleris, si affectum N. N. cum symptomatis concomitantibus, literis consignatum, communicarem, cum causus perquam rarus & speculatione haud indignus, quamvis ipse met ab exordio morbi, curæ mecum adhibitus, & spectator & consultor, ut tibi, ceu viro eruditio, haud grave, cum delineare, & causas timari: & ne ligna in Sylvam. At cum mea manu, stylo & calamo illum adumbrare placuerit, id laboris effraganti detrectare, in decorum

estimandum, eò magis, dum animum meum, ad istam provinciam suscipiendam, sat benevolum, coram ostendi: proin, ut fidem exolvam, & præstem pollicita, casum illum liberto ingenio adornatum, & rationibus potius, quam authoritatibus suffulsum, tibi perlustrandum transmitto, & æquum arbitrum constituo. Si ea ad tuum gustum, prout in votis, me cum *tabula* haud pœniteret insumptæ operæ: si minus, non culpanda voluntas, (indubia affulget spes) & ad gratificandum animi promptitudo.

Vir doctus & honestus N. N. aña exceedens 30. corporis habitu sat carofo

noso olim doratus, complexionis à prædominio melancholicæ, subseriente sanguine crassiore, prout ex colore faciei subfuscō, ingeniō hebeti ac obtuso, animi moribus placidis ac verecundis, μηνόντος & οὐρανοῦ διληπτού deprehendendum. Omnia interna viscera videntur ipiſi à natura obtigisse sat justa ac convenienti correspondentia ac consentientia, proin ab incunabulis usque ad præteritam æstatem (nisi quod ſe mel, dum in Academiā operam daret literis, febre tertiana corruptus) sat commoda uſus est valetudine. Si membra principalia diu necula, sanitas tam diu inconcuſſa stare non potuſſet, cum aliaſ omne Regnum, in ſe diuīſum, haud diuturnum. Cum illi res angusta domi, dum apud Parentes ævum traduxit, proin fudavit & calſit, per ardua conſcendit, ad famem compelſcendam, ex inopia, obvia quævis cibaria, nullo habito respectu, aſſumere, & ad ſitum ſedandam, aquam haurire coactus. Ludum frequentans literarium, ubi ad supremam ascendit classem, aliquandiu in ea hærens, continuandorum ſtudiorum gratiā, ad Academiam protectus, ibidem egestate pressius, vietum & amictum famulando ſibi comparavit, pravi ſucci alimentis non raro fruſcens, cereviſiam insuper copiosam ingurgitans. Nupera æſtate, mense Julio, in gravem incidit dyſenteriam, enate-

riā purulentā & cruentā, ſat larga, per alvum rejectā: ab eā liberatus, cum animi recreandi gratiā, aſtuan- te cælo, radiis solaribus acriter ferientibus exspatiatus, domum re- diens, vespere in pede ſinistro circa talum penē, intolerabilem ſentire cepit cruciatum, loco intumefente cum calore & rubore; eo ſopitō, dolor vagabundus, quadridui ſpacio post, tranſiliit in genu dextrum, eo in tumorem ſat grandem levato, ve- lut è gutturnio materiam deſcende- re ac deſtillare, advertit. De hinc in oculos ſerpit, lippitudinem gravis- ſimam concitans, per dies 15. perfe- verantem, ex in manante ichore ve- lut ſanjoſō. Post in collum materia deſflexit, in nervos ſe inſinuans, cla- mosum peperit dolorem, ut per o- chtiduum id ne minimum dimovere, nec inſlectere quierit. Hinc bra- chium & manum dextram occupa- vit: ex in genu ſinistrum deſcen- dit: tandem in brachium & manum ſinistram ſe recepit. Bimeſtri poſt intervallō, lingua invaſit, ea mira- bili modo, motu convulſivo exagi- tata, periodice ſepiuſ paroxysmo re- currente, ſalvā loquela, mente con- ſtantē, ſenſibus integris. Accesserat penē continuus ſuſi. Quis die noctu- que perdurans, quotidie aliquot va- ſcula plena aquosorum ac pituitoſo- rum humorum exſpuit æger, non raro actu frigida, multoq[ue] ſalſa per- cipiens excreta. Incredibilis copia, aliquot

aliquot mensurarum, per illius morbi decursum, profluxit. Vagum illum omnium extenorū membro- rum vix ferendū cruciatum, infæ- līx æger, in quartum mensem susti- nere est coactus, eorum usū ex toto privatus, & quasi resolutus, ut in le- &to quiescēs, in dorso tantum cuba- re solitus, topicis parum proficien- tibus, & in cassum adhibitis purgan- tibus: dum tandem, nutu ac Gratiā divina aspirante, exantlatis tot ac tantis molestiis, beneficio decocti Rad. Chinæ cum Sallafri. in inte- grum restitutus. Haud de lana ca- prina prædictorum symptomatum fontem investigare, & causas inda- gare, ob quas, in tam truculentam ille malorum Lernam, inciderit, Casus haud vulgaris & contempla- tione dignus, ut ingenii nervi non- nihil intendantur,

Affectus ille, quo æger inauspi- catò tantoperè infelatus, ad arthri- ñdem vagas ac subsultoriam, & quidem universalem totius corpo- ris, jure merito referendus viderur, cum nulla particula ab ea immunis, quam non oblederit. In collum ir- ruens, trachelogram: oculos mole- stans, ophthalmogram: linguam ex- agitans, *γατελός*: in humeros pe- netrans, omogram: in cubitum fe in- finuans, pechyagram: in manus flu- ens, chiragram: Genu corripiens, gonagram: in pedes descendens, Po- dogram invexit, ut nullus propemo-

dum totius corporis angulus reli- cus, quem non perreptans occupa- rit. O versipelle ac sœvum carnifi- cem, nullum articulum intactum prætermittentem, cui sua non ad- moverit tormenta!

Ipsa *avrovia* ostendit, locum affe- ctum esse penè omnium membro- rum articulos, secundum cavitates, membranas, ligamenta & tendines, cruciatum sustinentes.

Cum autem dolor sit symptomata actionis animalis laese, & quidem depravata ipsius sensus tactus: proin aliquem morbum habebit Ante- gnanum, qui vel ex intemperie, vel continui dissolutione prodibit. Non ex sola & nuda intemperie, quia in- gens dolor se exeruit, conspicuo haud parvo tumore. Exin continua divisio erat in culpa, materia influ- xá vel sua copia divellente corpora nervosa, vel acriore qualitate mor- dente, & quasi dilaniante. Cum pri- ma qualitates, calor & frigus, soluta alterando, magnum dolorem con- citare nequeant, nisi tantus excessus, ut continuum distrahant,

Quoad causas, constituendæ vel interne, vel externæ. Internæ vel immediatae, vel mediatæ. Quoad immediatas, aliae esse nequeunt, quād humores pituitosi, serosi & ichores biliosi, (qui instar vehiculi excrementiarum superfluitatum, eas attenuando & fluxiles reddendo) non tam primis qualitatibus,

calo-

calore & frigore exorbitantes, quam secundis qualitatibus delinquentes, quatenus sunt imprægnati spiritibus salinis, nitrosis, aluminosis, vitriolatis. Suâ proin acrimoniam, aut malignam ac virulentam qualitate, partes ~~invenientur~~, ac sensu exquisitè dotatas, rodentes, vellicantes, laciniantes, vel copiâ distendentes, dolorem proritant. Eò accommodari potest id, quod Hippocr. lib. de Præca Medic. eleganter & verè literis tradidit: Non calidum, frigidum, humidum & siccum, magnam habet vim agendi, sed amarum & falsum, dulce & acidum, insipidum & acerbum; quæ & si in misticione, & mutua inter se contemperatione, neque cernantur, neque noxieß afficiant, tamen ubi horum quidpiam secretum fuerit, & per se extiterit, tum & conspicuum fieri, & hominem molestia afficere, & noxam inferre, &c. In Patiente nostro, cum serositatibus commixtos ichores pituitos & biliosos, ex in arguendum, quod tumores in articulis se ostentantes, sat duti, contumaces, ægrè resolubiles, cum calore & subflavo rubore: materiae autem virulentiam, prodit cruciatus atrocissimus & pervicacissimus.

Quoad causas mediatas, possunt esse generantes ac mandantes, & recipientes. Cum constitutum, humores serosos ac pituitos, & ichores biliosos excedentes immanis il-

lius doloris authores: hi à calida Epatis intemperie provenient: illi autem à cerebri & ventriculi ~~doloris~~ frigidore ac humidiore emergent. Humores illi superflui, in venis collecti, cum ad nutritionem imperti, indies magis sensim coacervati, tandem vel suopre nutu ac sponte, repagulis solutis, instar rivuli, è vasibus, velut tubulis, per ~~disseparare~~ exilire, & in subditas partes dimanare solent: vel quantitate aut alienâ qualitate, irritata facultas expultrix, noxios illos ac naturæ adversos humores perséquens, procul à se amandare contendit, & velut sarcinam, in extimas partes deponere satagit.

Quoad causas externas, ad congeriem illorum vitiolorum humorum, & colluviem serositatum, haud levem occasionem suppeditarunt, varia coincidentia. Primo namque, et si illi à natura obvenerit sat labilis complexio, & interna visceraria, concoctioni & generationi humorum, destinata, ita temperata, ut à pueritia ad præteritam usque æstatem, inculpata permanerit sanitas; at ob gravissimos errores, in virtù ratione commissos, dum ex defectu, urgente fame, quosyis cibos oblatos, indiscriminatim abliguisse, & ad fistim frenandam, non Baccho, sed Lymphis litare, præsertim postremq; hoc biennio, ob annonæ difficultatem, & vini caritatem, hydropotam agere, coactus: olim etiam ~~excessus~~ sectan-

fectando, cerevisiam mensuratim absorpsit. Exin mala ~~digestio~~ internis visceribus impressa, quæ non raro multis annis latet, dum progressu temporis, pedentim succrescentes vitioli humores, tandem levi accidente incitamento, erumpant. Elapsò Mense Julio, dysenteria sibi gravis tentatus, in tertiam septimanam perdurante, ob acrimoniam humorum, exulceratis intestinorum tunicis, materiâ purulentâ & cruentâ haud modicâ excretâ. Ab ea immutans, cum bellè sibi restitutus videtur, & corporis exercendi gratiâ, & animi pascendi causâ, sub diu fervido exspaciatus, a calore solari fusis humoribus, at in furorem actis, ex omnibus venis, velut referata cataracta, magnô impetu, stillantibus, & in articulorum cavitates se insinuantibus, universali arthritide est correptus.

Sed undè tantus superfluorum humorum exortus atque proventus! haud abs re, perscrutari rationes paullò pressius. Quia ob præcedentem dysenteriam, tum crebrum aquæ & cerevisiae potum, calor naturalis nō parum violatus & debilitatus, ventriculus exin cumprimis refrigeratus, prout & cerebrum, tum ob consensum sexti paris nervorum, illius orificio implantati, tum ob frequenter ac diuturnam in Templis moram, frigidâ ac humidâ affectum in temperiæ. Id ex inappetentiâ &

~~digestio~~, penè assiduâ partim aquosi, partim pituitosi crassioris, interdum salti, & actu frigidioris humoris percepti expunctione, indies aliquot vascula sat ampla replendo, innotuit. Materiam illam tum è capite descendere sensit, tum ex ventriculô vapores ascendere animadvertisit, qui in ore coagulati, denud in aquam conversi, more ~~per~~ circulari generatione pronatorum, exhalationibus humidis ad medium aëris Regionem subvectis, à frigore concretis, & guttatum depluentibus.

Illi⁹ occasione, exacto Mense, à capitulo morbô supervenit mirabile & miserabile illud symptom⁹, quidam motus convulsivus linguam corripiens, ea invitò ægro quaqua versum agitata, variis modis exultante ac celsipante, haud sint stupore spectantium, accidente faucium constrictione, cum suffocationis periculô. Is paroxysmus per intervalla repetebat, quodam die, penè singulis horis invadens. Necessum est læsum fuisse vel nervorum principium, vel musculos linguæ, cum nervis insertis. Non illud, quod mens incorrupta, & sensus integri permansere, loquela non ex toto intercepta, ut Dei opem atque auxilium imploraret. Existimarem septimum nervorum par, movendæ linguæ destinatum, ac in ejus musculos variè dispersum, præter naturam affectum, illius propaginibus, vel materiâ pi-

tui

tuitosâ repletis, vel potius ea maligna qualitate imbuta, extimulante facultatem expultricem, ad rem inimicam exterminandam. Cum autem æger ille universali totius arthritide divexus fuerit, id mali, à solius capitis depluviô, prodiisse, Rationi haud videtur consonum, cum ibi tanta superfluitatum faburra generari, & dimorari nequierit, sed alibi materiam collectam & transmissam, à vero non alienum, & talem productionis modum statuerem.

Cum materia liquida, in cibo & potu assumpta, ad chyli ~~transitorum~~, & massæ sanguineæ distributionem inserviat, proin Hippocr. haud inscitè, serum vocat ~~excreta r̄is t̄s ōis~~ vehiculum nutrimenti. Non enim chymus in ventriculo, ex cibariis elaboratus, ob crassitatem commodè in venas transfire, nec facile per venas Epatis admodum exiles & angustas commicare posset, nisi tenuis quædam & aquosa humiditas admista, cuius attrahendæ gratia ipsi Renes destinati, è qua postmodum urina suam habent, per emulgentes attracta, & per ureteres delata ad vesicam, partim sanguini contemperata, in omnes venas & arterias defertur, ad ejus diductionem necessaria. Serum hisce muueribus perfunditum, non amplius retrocedit in vasa, naturâ regulariter operante, sed in corpore bene disposito, in tertia illa concoctione, quæ in venis peragitur, atte-

nuatum sensim resolvitur, ac in vaporem abit, qui vel insensili expiratione evacuatur, vel sudore emittitur. Si Renes in attrahendo sero segniores ac imbecilliores, vel habitus corporis densior obtingat, ut nec per ~~adηλον άγωνιστα~~ exhalar, nec per iudores ejici queat, tunc natura in eo strenue elaborat, semper studens sequestrare malum à bono, ut istud onus, sibi molestum, avertere & aliorum exonerare valeat. Hinc serositates illæ accumulatae, vel copia è venis ultrò, instar fluminis alveum excedentis, promanare solent: vel acriore ac malignâ qualitate incitata facultas expultrix, eas ad membra extrema, propulsare consuevit.

Cum igitur in ægro illo, ob prædictas in cibo ac potu exorbitantias, præsertim ob ~~πολυποται~~, copiosum olim cerevisiæ & aquæ haustum, serosi humores, in omnibus vasis redundantes, conspirante indigestione ventriculi, capitis depluviô, infirmitate Renum, sudoris interceptione, indies magis congesti, dum vel sponte, vel accidente stimulo quantitatis, aut alienæ qualitatis, ad extimas partes amandati, & articulorum cavitates pertingentes, velut obice objecto, terminum & fixam sedem acquisiverunt, ulterius fluere nequeunt. Cum primis autem humores illi ad cursum provocati à causa ~~προκαθησεις~~, dum ægro sub sole ambulante, radiis perurentibus concepto

igni , ac exin concitat̄ ebullitione, instar Euripi ex̄stuantis , aut musti in dolio effervescentis , è vasis majoribus ad minora , dehinc ad minima , & successivè despumantes , ad extre- mos artus derivati , & ibidem firma- ti ac intercepti , non tantum crucia- tus illos pepererunt , sed & efferve- scentes & φλόγων concitantes , febri- culam induxerunt .

Tamen si ad ~~ad~~ illud extirpan- dum , varia præsidia medica & interna & externa adhibita , at omnia va- na ac irrita .

Affectu illo gravissimo tam refrac- tario , in tertium mensē reniten- te , & disseruante , cum argumentis haud levibus ægro demonstrassem , siquidem ab illa tyrannide liberari exoptet , opus esse hydroticis , mate- riam nervoso generi & articulis im- pactam , attenuantibus , & per sudorem discutientibus . Id consiliū æger , obstante etiam ac refragante aliâ im- peritorum turbâ , ob hebetudinem mentis , non raro optima Medicorum attentata , retardante & ever- rente , aliquandiu surdis auribus præ- termisit , virium prætendens imbe- cillitatem , eam Remoram , quo mi- nus curam suscipere & continuare posset . Tandem urgentibus dolori- bus , re velut proclamata ac despera- ta , assensum dedit . At in suspenso , anceps ac dubium , qualis cura magis proficia . Etsi prima fronte ob- ~~stutus~~ , ex frigidâ ac humidâ ven-

triculi & cerebri intemperie prona- tum , decoctum ligni sancti videtur haud incoveniens ; at id disuade- bat virium prostratio , natura diurnis & nocturnis doloribus fracta , totius ~~ægrotia~~ , & calidior Epatis ~~duocaria~~ . Projic in eam descendit sententiam , (eò magis , dum animum ipsius ægri , uxoris ac socris ab illius usu , per quam alienum adverti (Trigil- lâ manibus , pedibusque reluctante ,) ut proponerem decoctum R. Chine cum portione Sassafras , hisce fre- tuus conjecturis . Cum per aliquot hebdomadas calores non naturales obseruati , nec immunis æger à lentâ febriculâ , àleviore putredine ac fer- vore seroforum humorum , ob præ- cedentes obstructions , succens .

2. Quia aderat calidior Epatis con- stitutio . 3. Omnia partium con- sumptio , ob ~~ægrotia~~ ; per aliquot enim septimanias jurulenta tantum assūmebat . 4. Virium imbecillitas .

5. Quod ventriculum haberet fasti- diente ac nauseabundum , abhor- rentem & aversantem insuavia . Erat enim Patiens valde impatiens , mol- lis ac delicatus . 6. Quia non soli hu- mores serosi ac pituitosi , sed & icho- res biliosi & falsi , haud carentes ma- lignitate illorum cruciatuum effec- tores . Exin , cum China temperata in activis , & in provocandis sudori- bus haud insegnis , superfluos qui- dem humores resolvens , utiles au- tem intactos relinquent , vel ad mi- nus ,

nus, eos haud multum depascens, palato insuper grata, prærogativam habere visa, additâ portione Sas-
fras ob majus ventriculi solatium, & insimul crassiores humores in nervosis partibus defixos, magis at-
tenuandos ac resolvendos, felici au-
spicio, illa cura est inchoata, & pro-
sperò successu ad finem perducta.
Haustu sudorifero matutino tan-
tum assumptō, quotidiē semel dun-
taxat, habitā ratione virium, suda-
bat, naturā binum sudoris elicium
haud tolerante. Sat commodè fe-
rens, indies affatim sudavit. Intra-
dies 14. dolores evanuere, appetitus
prostratus redit, corpore obesiore
facto, ~~misericordia~~ recessit, mense ex-
acto, tumores etiam resoluti, sat com-
modè incedere, cibum ipse capere,
& alia ritè obire munia cepit, vin-
dicatus in pristinum sanitatis statum.
Si æger dicto obediens, nec tam mo-

rosus ac querulus, adhibitā majori patientia corporis & mentis, haud dubiè maturius, amissam recuperas-
set valetudinem: vires etiam imbe-
cilliores obstaculo, quò minus ge-
nerosa licitum experiri remedia. Ga-
lenus quidem lib. 1. Meth. monet,
Medicum debere ægris suæ fidei
concredit, imperare, haud fecus ac
Duces militibus, aut Reges subditis:
at nostrates tale imperium non fe-
runt, oportet rogare, & penè suppli-
care cogimur, ut salutaribus pareant
confiliis: exin nil miri, si non raro
Medicus ad exoptatam metam pér-
tingere nequeat. At benedicto sit
laus in ævum, qui illius tandem mi-
seritus, plantanti Paulo, & riganti
Apollini suum dedit incrementum,
cujus clypeo, & re, Vir Clariss. ob-
tectum pervelim. Ex Musæo Ulm.
20. Januarii, Anno 1624.

CONSULTAT. VII.

*Per literas habita ad Cl. Dn. D. Joh. Oberdorferum, Medicum
Illustr. Styriæ Provincialium Græcensium, de adversâ valetu-
dine Generosa Conjugis Illustr. Dn. Offonis de Teuffenbach /
catarrhoa, dolore lumborum & claudicatione, fæ-
moris ætæ opia.*

 Illo diutius ac longinquius
alter ab altero se jungitur,
tu in inferiore, ego autem
in superiore Stiria, eò ma-
gis tui teneor desiderio, nec ulla

dies præterit, quin singularem bene-
volentiam & candorem animi erga
me tui, memoriam mecum repetam.
Pridem per Epistolam te salutassem,
si quidpiam scriptione dignum oc-
currat.